



V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. IIII

VT. AD
CELSISSIMAE. PRINCIPIS. AC. DOMINAE
DOMINAE
FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAE

REGIAE. PRVSSORVM. STIRPIS
RELIQVA
PATRIAE. MATRIS. INDVLGENTISSIMAE
DIEM. NATALEM

D. III. IVLII. MDCCCCLIII
IN. ILLVSTRI. CVRIANO

H. L. Q. C
PIE. CELEBRANDVM
CVRIAE. PROCERES. CIVES. Q

RITE. INVITET
EIVSDEM. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS.

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

Pars posterior.

VNDE SVEVORVM NOMEN NOMINI HERMVNDVRO-
RVM PRAEVALVERIT?

Index dictorum.

- | | |
|---|---|
| §. I. Vnde <i>Sueuorum</i> nomen natum? | §. VII. Num TACITO? |
| §. II. Plurium. | §. VIII. Num CAPITOLINO? |
| §. III. Maioris Germaniae partis. | §. VIII. Num IORNANDI? |
| §. III. Nationibus discretorum. | §. X. Num PLINIO? |
| §. V. In quibus Hermundur. | §. XI. Qui Hermundurorum nomen
exstinctum? |
| §. VI. Num STRABONI? | |

§. I.

Sueuorum nominis incunabula quaerat alius 1.) in *Sueuo*, quem regem eorum somniant, 2.) alius 3.) in *Sueuo* 4.) amne, qui siue *Spre* 5.) siue *Oder* 6.) fuerit, diuertunt enim a se iudices, 7.) ni forte medium,

1.) Auentinus Annal. Boior. Lib. I. Cap. VI. §. 13. Confer, quae de hoc loco obseruauit ad Manlii Comment. Rer. Lusat. Lib. I. Cap. XXXV. §. V. Hofmannus in Script. Rer. Lusat. P. I. p. 113.

2.) Qui Annium Viterbiensem in Beroso suo fictio iam a Schooekio Hist. March. Antiq. Lib. III. §. XXXII. et Dithmaro ad Tac. Germ. Cap. II. nota 9. notatum sequuntur.

3.) Isidorus Orig. Lib. X. Cap. II. et nostra aetate Leibnitijs ad Ptolemaeum in Script. Rer. Brunsvic. Tom I. p. 16

4.) Ptolemaeo Lib. II. Cap. XI. memoria.

5.) Post Pirkheimerum, Melancthonem. Sabinum, Fiedlerum, Peucerum a Manlio Comment. Rer. Lusat.

Lib. I. Cap. III. §. III. in Hofmanni Script. Tom. I. P. I. p. 78. excitatos, Leutingero in Marchia Lib. XXX. §. 4. Curaeo Annal. Siles. p. 5. Gottfrido a Warnstedt Marchiae Adumbratione in Kuseri Opusc. Hist. March. Illustrant. P. III. p. 52. Lucae in des H. N. N. Uralt. Fürstent. Saal. P. III. Cap. VI. p. 737. Kunschko de Lusatia Sect. II. §. III. in Hofmanni Script. Rer. Lusat. Tom. I. P. II. p. 295. de Ludewig Vit. Iustinian. Cap. VIII. §. 64. nota 345. et Abelio in Antiq. Teut. et Sax. Cap. II. §. 6. p. 204.

6.) Qui est Celtae, Brotusio, alijs ab isto Manlio l. c. productis, item Auentino Annal. Boior. Lib. I. Cap. VI. §. 13. Leutingero l. c. Albino in Meissn. Landt. Chron. Tit. VII. p. 82. Clu-

medium, quo Codano sinui effunditur, Oderae ostium *Swine* seu *Swene*, 8.) alius 9.) in monte *Sueuo*, qui si Diis placet, 10.) mons *Carpates* est, alius 11.) in *Sven*, quod septemtrionalibus *tirones militiae*, 12.) alius 13.) in *Sveje*, quo *nautas* indigitant, alii 14.) in gentis insigni, quod Tacito 15.) est *obliquare crimem, nodoque substringere*, quae dici nostratibus *Schweif*, isti volunt precario, 16.) ni potius *Zopf* vel *Schopf*. 17.) Mihi 18.) semper se se probavit

D 2

sententia

uerio Germ. Antiq. Lib. III, Cap. XXV. Schoockio Hist. March. Brandenb. Antiq. Lib. III, §. XXXIII. (non 39. vt in Falkensteinii Brandenburg. P. I. p. 12.) in Script. Rer. March. Brandenburg. Tom. I. P. I. p. 148. Henelio Silesiogr. Cap. V. p. 545. Hankio de Siles. Origin. Cap. VII. §. 3. Spenero Notit. Germ. Antiq. Lib. II. Cap. II. §. 13. (non 14. vt in Falkensteinii Brandenburg. P. I. p. 11, typis expressum) Ill. Koelero Geogr. Ant. et Nou. p. 6.

7.) Obseruantibus Albino, Cluenerio, Manlio modo nominatis, quibus adde Lucae in Memorabil. Siles. P. VII. Cap. III. p. 2155. Grosferum Memorabil. Lufat. Lib. I. p. 4. seq. Cellarium Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXI. Spenerum Notit. Germ. Ant. Lib. II. Cap. II. §. XI. Iunkerum Geogr. Med. Aeu. P. II. Cap. I. p. 115. Abelium l. c. §. 7. p. 12. Illustrissimum Comitem de Bunau Hist. Germ. Caes. et Imper. P. I. Lib. I. p. 39. seq.

8.) Vt Cellarius modo citatus censeat praecedentibus Cluenerio, Schoockio, Lucae iam nominatis, et se-

quentibus Spenero §. XIII. nota (y) atque Illustrissimo Bunauio,

9.) Gobelinus Persona in Cosmodromo ex editione Meibomiana Tom. I. p. 160. Rer. German.

10.) Placet saltem Manlio paullo ante adpellato §. VI.

11.) Loccenius Antiquit. Sueo-Goth. Lib. I, Cap. I, p. 8, iam ab Abelio Antiquit. Teut. et Saxon. Cap. II. §. 7. p. 212. indicatus vt et a V. G. de Falkenstein l. c. quam quam per aliquam metathesin et voce *Suey* scripta.

12.) Vt pluribus docuit Wachterus Glosar. German. v. *Sueones* p. 1645. seq.

13.) Praetorius iam ab Abelio et de Falkenstein citatus eodem fato, ita vt vltimus *Suefr* scripserit.

14.) Wachterus Glosar. Germ. v. *Schwaben* p. 1479. et Ill. Koelero Geogr. Antiq. et Med. p. 11.

15.) Germ. Cap. XXXVIII.

16.) Indice de Ludewig Vit. Iustinian. Cap. VIII. §. 64. nota 345.

17.) Vt bene vidit V. Generosissimus aequae ac de orbe erudito multis scriptis meritisissimus de Falken-

sententia *Sueuorum* nomen a *Schweben* petentium, 19.) quod adhuc in ore est popularium. Nam *Sueuen* et *Schweben* ne latum quidem vnguam a se discedunt. Ne nunc quidem Latini admittunt *w*, quin per *u* expriment, 20.) Quam facile quoque excidit prisca *ch* post *s*? 21.) Subinde audiueris illud hac coniunctione haud eloquentes. Audiunt quoque iidem aliquanto post Cornelii aeuum *Suauis*, 22.) secundam cum prima vocali, quod facile contigit, 23.) permutantes, vnde superest vel adhuc hodie *Schwaben*. Iam cum *schweben* idem est ac *schweifen*, nobis nullum intercedit diuortium iis cum, qui 24.) *Sueuos* inde petunt, et per *vagabundos* interpretantur. 25.) Non habuerit Wachterus 26.) id reicere, modo in Caesare, 27.) quem ipse nominauit, legendo perrexisset. Is enim de Sueuis scribit: *Ex quibus quot annis singula millia armatorum bellandi*

stein Antiquit. et Memorab. March. Brandenb. P. I. §. II. p. 13.

18.) Iam, cum Curiam Regnitianam nullo iure Narischorum cognominandam esse, demonstrabam §. III.

19.) Vt Dithmari ad Tacit. Germ. Cap. XXXVIII, nota 3. et Buchneri Genealog. Diplom. Ruthen. Cap. I. §. 4. in Analect. meorum Brandenburgicorum P. II. Cap. I. p. 203.

20.) Inabit hanc in rem Schusteri de Indole Linguarum Quatuor Cardinalium Cap. II. §. VII. legisse aequae ac Schottelium de Lingu. Germ. Lib. II. Cap. II. §. 40. p. 218. seq. Wachteri Prolegom. Sect. III. sub *V*. et *W*. et Cel. Gottschedii Gramm. Teut. P. I. Cap. I. §. 3. sub *W*.

21.) Cuius scripturae exempla de di in mea Terra Regnitiana §. VIII. vbi literas, quibus Curia venum iuit, publicauit, nota 119. Ad-

das Boedikeri Grammat. Germ. P. I. §. XVI. p. 82. editionis Wippelianae.

22.) Quos dabit proxime Interfect. II. §. VIII.

23.) Vt pluribus probauit Cortius meus Orthogr. Latin. Cap. III. §. VI. et VII.

24.) Quales sunt Iunkerus p. 115. et non nemo in Beiträg. zur Critisch. Hist. der Deutsch. Sprach. einiger Mitglied. der Deutsch. Gesellsch. in Leipp. P. X. p. 250.

25.) Vt Leibnitius ad Tacit. German. Cap. II. in Script. Rer. Brunsvic. Tom. I. p. 9. quam sententiam tam clare exseruit, vt mirer, qui factum, vt V. G. de Falkenstein saepius nominatus eam Loccenio, in quo nec vola neque vestigium eius, tulerit acceptam.

26.) l. c.

27.) De Bell. Gall. Lib. III. Cap. I.

bellandi causa suis ex finibus educunt: reliqui domi manent; pro se atque illis colunt. Hi rursus in vicem anno post in armis sunt: *illi domi remanent.* Sic neque agricultura, neque ratio, neque usus belli intermittitur: sed priuati ac separati agri apud eos nihil est: neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet; neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore viuunt, multumque sunt in venationibus. cet. Quod si autem haec Cattis vindicanda; 28.) in promptu est Strabo tamen eandem Sueuis suis tribuens 29.) indolem. Et cur sordeat haec *Sueuorum* nominis origo, cum eadem 30.) *Vandalorum*, quae est *Wandeln?* 31.) Neque *Sueuorum* a nostra tam multum disfidere, satis arguunt vel ab ipso Tacito 32.) nobis reseruata *Hertha* et *Glesum*, quae nemini non erunt *Erde* et *Glas* nostratium. 33.)

§. II.

Iam cum istam indolem plus satis experirentur Romani exercitus, nec in ipsam Germaniam erat aditus impune; 1.) factum, vt *Sueui* dicerentur, qui tales non erant. Sic *Catti* videntur 2.) hoc nomine venire Caesari, 3.) vt et Straboni, 4.) Dionii Casio, 5.) Floro, 6.) Nafoni vel potius Pedoni Albinouano. 7.)

D 3

§. III.

28.) Quod fecerit *Sus* insequens.
29.) Supra Sect. I. Intersect. I. §. I.
30.) Ceu ante me obseruatum Dithmaro ad Tac. Germ. Cap. XXXVIII. nota 3.

31.) Ex indicio de Ludewig Vit. Iustinian. Cap. VIII. §. 64. nota 345. Brechenmacheri Notit. Sueu. Antiq. §. VIII. Illustrissimi Bunauii l. c.

32.) Germ. Cap. XXXX. et XXXXV.

33.) Vt post Dithmarum ad ista obseruani in Curia Regnitiana nullo iure Nariscorum cognominanda §. III.

§. II. 1.) De quo non amplius dubitabis, si partem priorem huius translationis legeris,

2.) Leibnitio ad Tac. Germ. Cap. II. immo ante eum Cluenerio Antiq. Germ. Lib. III. Cap. V. vbi octo argumentis multa vindicauit Cattis, quae Sueuis tribuuntur. Adde Cellarium Diatribae Historicae de C. Iulii Caesaris aduersus Arionisum Regem aliosque Germanos Gestis Bellis §. VI.

3.) Libro potissimum quarto eius Commentarii de Bello Gallico.

4.) Γεωγραφ. Lib. III. p. 296.

5.) Lib. LI.

6.) Lib. III. Cap. XII. n. 24.

7.) Confolat. ad Liuiam Augustam de Morte Drusi v, 17. et 312.

§. III.

Tenebant autem maiorem Germaniae partem Sueui, vt Cornelius testatur. 1.) Consentit Strabo: 2.) Μέγιστον μὲν τὸ τῶν Σουήων ἔθνος. Adstipulatur Caesar: 3.) *Sueuorum gens est longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium. Ii centum pagos habere dicuntur: ni Cluerio 4.)* obsequaris, qui de Cattis interpretatur inter alia eo ductus, quod Tacitus de vnica Sueuorum natione Semnolibus scribat, 5.) *centum pagis habitari, quot Caesar suis Suenis in vniuersum tribuit.*

§. IIII.

Sueuorum non vna gens, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, addit Tacitus 1.) verbis prolatis. Persequitur illas integris septem capitibus. Ne quis autem dubitet, quo vsque suos *Sueuos* extendat, fines circumscribit his verbis capitum illorum vltimi: 2.) *Hic Sueniae finis.* Quis amplius haesitauerit, quas inde cumque huc vsque descripsit *nationes, esse gentis Sueuorum?* 3.)

§. V.

Num autem et in his nostri *Hermunduri*? Etiam. Probatio eius est facillima. In illis enim capitibus, quibus *Sueuorum* nationes describit Tacitus, est id, quod *Hermunduris* dicatum. 1.) Quid clarius eius verbis: *Et haec quidem pars Sueuorum in secretiora Germaniae porrigitur, propior - - Hermundurorum ciuitas?* Quis haec inter se conferens non intelligit, *propior* se referre ad *secretiora Germaniae*? Haec vel me tacente loquuntur, *eam partem*

- 1.) German. Cap. XXXVIII.
- 2.) Lib. VII. p. 445.
- 3.) Bell. Gall. Lib. IIII. Cap. I.
- 4.) Paullo ante indicato.
- 5.) German. Cap. XXXVIII. extr. §. IIII. 1.) Germ. Cap. XXXVIII.
- 2.) Cap. XXXV.
- 3.) Nec aliter interpretati sunt Clucrius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXIII. Aleinus Chron. Misn.

Tit. III. p. 35. Tit. XII. p. 162. Miraelius Antiq. Pomeran. P. I. Lib. I. §. 16. p. 12. seqq. Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. LXIII. Spenerus Notit. Germ. Antiq. Lib. V. Cap. III. §. II. in nota p. 28. Hertius Notit. Vet. German. Pop. P. II. Cap. II. §. I. et Brechenmacherus Not. Suen. Antiq. §. X. seqq. §. V. 1.) Cap. XXXXI.

partem Germaniae, a finibus Romani imperii remotiorem esse, quam Semnones, Langobardi et alii Sueuorum antea 2.) descripti, Hermunduros autem aequae Sueuorum nationem propiorem Romanorum prouinciis. Nollem igitur viro de historia patriae meae immortaliter merito 3.) excidisse: Neben denen Sveviern 4.) kommt das Gebiete der Hermundurur, quibus ista Corneliana in vernaculam transferre voluit.

§. VI.

Inde nata eidem viro haec: 1.) Hier muß ich auch derer gedenken, welche vorgeben, die Hermundurur wären ein Theil von denen Sveviern oder eine Svevische Nation. Allein es ist auch nicht bewiesen. Und die Wahrheit zu sagen, ist es hergekommen, weil man in die Uebersetzung des Strabonis gesehen, aber den Grundtext nicht mitgenommen. Denn das Wörtgen ut hat man gegeben, zum Exempel, da es doch im Griechischen heisset καθάπερ, gleichwie. Verum enim vero STRABONIANA 2.) adeo luce sua radiant, vt in medio sole caecutierit, cui ea obscura aut ambigua. Indicant, Sueuorum gentem esse tantam, vt a Rheno ad Albim vsque pertingat; neque ibi eius esse finem. Μέρος δὲ τῆς αὐτῶν (Σουήων) καὶ πέραν τοῦ Ἄλβιος νέμεται, id est, pars Sueuorum et trans Albim manet. His subiungit: καθάπερ Ἐρμύνδοροι 3.) καὶ Λαγγόσαρδοι. 4.) Nonne ipse interrogares: quatenam nationes Sueuorum habitant trans Albim? Quo vt STRABO te superfedeat, respondet haud interrogatus connectendo sua praecedentibus per καθάπερ de more suo.

2.) Cap. XXXVIII, et XXXX.

3.) In Spicilegio Hist. Saxon. Super. P. I. N. I. §. 7. p. 10.

4.) Quos qua de causa ita scribat iuxta cum multis, quorum tamen nullus Hermundurur exaret, ego quidem nescio, cum parium par est ratio. Haec fuerit: in nominibus gentilibus nominatiuus plurium numero aut retineat formam singularis

er, aut Latinorum vltimum i illius casus mutetur vernacula in en vel er. Vnde nascitur, si de pluribus sermo, die Suerer sine Sueren, vt Hermundurur sine Hermundurur.

§. VI. 1.) l. c. §. 10. p. 13.

2.) Lib. VII. p. 446.

3.) Quod restitui auctori supra Sect. I. Intersect. I. §. I.

4.) Vt et hoc ibidem.

fuō. Sic paucis ante: 5.) Ταύτης δὲ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετῆ-
γαγον Ρωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μετανασάντα εἰς τὴν ἐν Βαβαί χῶραν,
ΚΑΘ' ἌΠΕΡ Μαρσοί. Sic paullo post: 6.) οἱ δὲ πισευθέντες, τὰ μέγιστα
κατέβλαψαν, ΚΑΘ' ἌΠΕΡ οἱ Χηροῦσσοι. Num ouum ouo similius quam
haec istis? Quis sensus horum, si illa interpretatio τοῦ καθ' ἄπερ
valeat? Quippe satis vindicant receptam explicationem, quam iste
reprobat. Ita vero euanescit 7.) distinctio *Hermundurorum* a *Sue-
uis*, quam in istis deprehendit Pl. R. Abellius. 8.)

§. VII.

Sed forte TACITVS sibi ipsi aduerfabitur, *Vannium Sueuorum
regem a Iubillio Hermundurorum rege pulsū regno*, scribens? 1.)
Non diffiteor, solem enim lucere, negarem, *Hermunduros* a *Sueuis*
hic distingui. Sed num semper, quae auctoribus obponuntur, sunt
logicis toto caelo diuersa siue ex aequo obposita? Differunt quo-
que a se in vicem genus et species. 2.) Idem igitur fuerit, ac si
TACITVS scripsisset, *Sueuorum aliquam nationem discedisse a reli-
quis eiusdem gentis*, hoc est, *Hermunduros*. 3.) Hinc nulla am-
plius talis illorum distinctio, qualem inuenit iste Abellius. 4.)

§. VIII.

Idem censeas de CAPITOLINO, inter alios *Hermunduros* et
Sueuos conspirasse, scribente. 1.) Non insolens scribendi genus
significantium, ex multis aliquos praecipue quiddam fecisse. Con-
spirauerint ex *Sueuis* potissimum *Hermunduri*, sed et aliae illius gen-
tis nationes. 2.) Atque ne sic quidem Doctisf. Abellius 3.) quid-
quam

5.) p. 444.

6.) p. 447.

7.) Antiquitat. Teut. et Saxon.
Cap. II. §. 23. p. 433.8.) Suffragante Arnaldo de Her-
munduris §. III. nota o.§. VII. 1.) Supra Sect. I. Inter-
sect. II. §. III.2.) Ceu te docuerit vel Ridigeri
Sensus Veri et Falsi Lib. I. Cap. XI.
§. V.

3.) Nota 5. prioris si notatus.

4.) Quam interpretationem iam
supra Sect. I. Intersect. II. §. III. ad-
huc a nemine reiectam proposui.
Confer Dan, Mullerum de Hermun-
duris.§. VIII. 1.) Supra Sect. I. Inter-
sect. II. §. V.2.) Ceu quoque nuper loco iam
citato ista inter se conciliaui.

3.) Ad §. V. nota 5. nominatus.

quam lucrabitur. Quid multis? Ipse **CAPITOLINVS** paullo post 4.) *Hermunduros* adpellat, quos Eutropius 5.) et Orosius 6.) *Sueuos* dicunt, manifesto indicio, non heri aut nudius tertius sed iam tum *Hermunduros* pro *Sueuorum* gentis natione fuisse habitos, vt saepe vsu venit, gentem nominari, cum natio in mente est.

§. VIII.

IORNANDES erat omnium minime, ad quem **Abelio** 1.) pro-uocandum sententiam suam firmaturo, *Hermunduros* a *Sueuis* distingui. Is enim ne minimam quidem iniicit mentionem *Sueuo-rum*, vbi *Hermundurorum* meminit. 2.)

§. X.

Num **PLINIO** 1.) fuerunt isti distincti, vt et **Abelio** 2.) visum fuit? Magnum quoque **Leibnitium** 3.) ita sensisse, suadent haec verba: *Hermionum nomine* - - *Plinius nominatim comprehendit Hermunduros (tamquam qui retinuerunt generale nomen) Sueuos, Cattos, Cherascos.* Addas, Secundo *Hermunduros* et *Sueuos* distin-ctio-num signo esse diuulsos. Quis est autem peritiorum, qui sibi religioni ducit, eius modi distinctionum notas subinde mutare aut tollere, nisi quem fugit, eas esse a recentioribus pro lubitu adli-tas? 4.) Sed per me licet, nec eam obelo notes aut furca expellas, si tantum in ea situm. Nonne et hic, vt alibi, 5.) commodus **PLINIANORVM** verborum sensus: **HERMIONES, quorum praecipui**
E Hermun-

4.) Quem dabit §. VI. saepe cita-tae Interfectionis II.

5.) Vt hunc.

6.) Atque hunc.

§. VIII. I.) Modo citatus

2.) Supra Sect. I. Intersect. II.

§. VII.

§. X. I.) Supra Sect. I. Intersect. I.

§. II. descripto.

2.) Saepius adpellato.

3.) Ad Taciti Germaniae Cap. II.

4.) Nisi ipse es expertus, adi, qui experti sunt, Clericum Art. Crit. P. III. Sect. I. Cap. X. Beselium Germaniae Mabilionium Chron. Got-wicensi Tom. I. Lib. I. §. III. p. 4. et Societatis nostrae, quae Ienae coit non contenta eloquentia Latina seculi nostri, Directorem suo merito Walchium V. Cel. de Art. Crit. Vet. Rom. §. X. p. 29.

115.) Paulo ante §. VII. et VIII.

Hermunduri, *item reliqui Sueui, a quibus tamen diuersi Catti 6.) et Cherusci.* Ita non opus habes cum Cellario, 7.) *Plinii Sueuos non esse eosdem, quos Tacitus ita adpellauit, existimare, quod non est soluere nodum, sed rumpere.* Nunc tantum abest, vt Leibniti-
 us alia omnia sentiat, vt potius pro me faciat. Si haec tibi haud
 ad palatum; mea venia *PLINIVM* concilia 8.) cum aliis ita, vt ille
Sueuos specialius strictiusque; hi latius generaliusque acceperint,
 quale scriptoribus familiare.

§. XI.

Iam feceris satis Iunkerō, qui tot Germaniae mediae indaga-
 uit, ingenue fatenti, 1.) se definire nequire, qui factum, vt *Her-
 mundurorum* nomen exstingueretur. Subscribo ego quidem cum
 aliis 2.) Cluerio, qui omnes pene loculos antiquae Germaniae
 excusit, 3.) haec 4.) prodeunti: *Ceterum vno atque altero seculo post
 Taciti 5.) aetatem, cum Alemanni, Franci ac Saxones, Sueuorum-
 que trans Salam atque Albin nationes, Gothi, Burgundiones, Van-
 dali, Quadi ac Marcomanni, propriis ac discretis ab in vicem nomi-
 nibus clari haberentur; soli Hermunduri dicti fuere Romanis Sueui,
 et regio eorum Sueuia, credo ea perisissimum occasione siue causa, quia
 hi post Alemannos atque Francos Romanis in Gallia prouincia ad Rheni
 ripam agentibus proximi.*

Ipsos

6.) Vt aequē §. II. huius paginae
 suffecerit.

7.) Notit. Orb. Antiq. Lib. II.
 Cap. V. Sect. III. §. LXXIII.

8.) Vt iam conciliauit Daniel Mul-
 lerus Chemnitii quondam Rector,
 cum tabulam de Hermunduris pro-
 poneret.

§. XI. 1.) Geogr. Med. Aeu. P. II.
 Cap. I. p. 100.

2.) Arnolde de Hermunduris
 §. III. Leibnitio ad Taciti German.
 Cap. XXXVIII. Spenero Notit. Ger-
 man. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. III.

Eccardo de Origin. German. Lib. II.
 §. LXXVI. et Wideburgio de Pagis
 Misn. §. I. p. 119.

3.) Digno sane, vt vel suo nomine
 circumferatur, quem pudet a doctis
 quibusdam haud imae caeuae *Clu-
 uerum* circumferri.

4.) German. Antiq. Lib. III. Cap.
 XXVIII. p. 609.

5.) Quippe qui omnium plurima
 de Hermunduris tradidit priori Se-
 ctione huius nostrae tractationis
 Intersect. I. §. III. et Intersect. II.
 §. II. III. ac IIII.

cup Ipsos vero eos, qui de HERMVNDVRIS narrare creduntur, quae narrant de SVEVIS, non capit haec tabella, dabit autem proxima. Occupent enim, quod reliquum est spatii, pie nuncupaturi vota publice pro commodiori CELSISSIMAE FRIDERICI nobis CLEMENTISSIMI AVGVSTAE CONIVGIS valetudine, vt re ipsa experiamur, quantum eam confirmauerit amplexus FRATRIS CONIUNCTISSIMI PRVSSORVM AVGVSTI PRVDENTISSIMI nuperus vere amoris ac deliciae ciuium suorum. Precabuntur igitur Deum immortalem, vt vniuersam domum BRANDENBVRGICAM sartam tectamque conferuet quam diutissime :

IOANNES THOMAS FIKENSCHER, Aereomontanus, *qua obseruantia femina Princeps colenda*, expositurus carmine Latino.


IOANNES CHRISTIANVS CAROLVS KEISER, Doelauiensis, MATRIS patriae CELSISSIMAE *diligentiam plane singularem calcar fortissimum ad industriam Musarum cultoribus* oratione Germanica additurus.

CHRISTIANVS FRIDERICVS SELIG, Eibentocafaxo, ex EIVSDEM *castitate insigni laudem castis feminis vindicaturus* oratione Latina.

GEORGIUS WILHELMVS KISPERT, Ruggendorfofrancus, *in EADEM mulieres fama celebres laude dignissimas* monstraturus oratione Germanica.

GEORGIUS ADAMVS BRENDEL, Curiensis, ex Venusini effato, *in EADEM fortes creari fortibus et bonis*, docturus oratione Latina.

Quibus ad dicendum iam paratis adiungi petiit IOANNES ELIAS WACHSMVTH. Hic fere octo abhinc annis Gailsdorffo Saxonum ad nos delatus in pauperum contubernio id potissimum egit, vt musica iuxta ac literis excelleret. Quo successu, loquantur illud coetus cum primis sacri, hoc palaestra scholastica, in cuius partem



partem primam publico examine superiori anno euectus fuit, quo etiam *quaedam de illustri comite Zinzendorffo Lutheri aemulo, in primis quod ad meliorem vitam pertinet*, enarrauit vernacula oratione Martinium ergo. Iam leges gymnasii, quibus semper dicto audiens, ne nunc defereret, eadem vernacula *dabit partes priores praeceptorum veteriorum non plane hospiti disciplinarum*, si quidem is ad scholam Reutensem vicinae Saxoniae est vocatus, quo suam pubem scholasticam formet in summi Numinis gloriam, proferatque pomoeria ciuitatis Dei.

Mihi hunc bona pace superiorum suffragio dimisuro non deforent varia, quae de historia patria adponerem, nisi viderer auditorum patientia abuti, vt adeo abeunti paucis sim inculcaturus *boni reverentiorum doctoris officia.*



Yb 4473

1078

ULB Halle

3


006 302 904



20







CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. III

VT. AD
CELSISSIMAE. PRINCIPIS. AC. DOMINAE
DOMINAE
FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAE

REGIAE. PRVSSORVM. STIRPIS
RELIQVA
PATRIAE. MATRIS. INDVLGENTISSIMAE
DIEM. NATALEM

D. III. IVLII. MDCCCXLIII
IN. ILLVSTRI. CVRIANO
H. L. Q. C
PIE. CELEBRANDVM
CVRIAE. PROCERES. CIVES. Q

RITE. INVITET
EIVSDEM. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS.

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

